Fragmentarium



[Nol]ite incumbere ut consolemini me super
vastitate filiae populi mei; Dies enim inter-
fectionis & conculcationis & fletuum
a domino deo exercituum in valle visionis: scru-
tans murum & magnificus super mon-
tem; Et aelam sumpsit pharetram cur-
rum hominis equitis & parietem nuda-
vit clipeus; Et erunt electae valles tuae
plenae quadrigarum & equites ponen-
tes sedes suas in porta; Et revelabitur
operimentum iudae & videbis in die illa
armamentarium domus saltus & scissuras
civitatis david videbitis quia multipli-
catae sunt; Et congregastis aquas pis-
cinae inferioris & domos hierusalem
numerastis & destruxistis domus
ad muniendum murum & lacum fecistis
inter duos muros & aquam piscinae vete-
ris & non suspexistis ad eum qui fecerat eam
& operatorem eius de longe non vidistis; Et

tabernaculum tibi; Ecce dominus asporta-
re te faciet sicut asportatur gallus
gallinacius & quasi amictum sic sub-
levabit te; Coronans coronabit te
tribulatione quasi pilam mittet
te in terram latam & spaciosam; Ibi mo-
rieris & ibi erit currus gloriae tuae
ignominia domus domini tui; Et expellam
te de statione tua & de ministerio tuo
deponam te; Et erit in die illa vocabo ser-
vum meum eliahim filium helchiae
& induam illum tunica tua & cingulo
tuo confortabo illum & potestatem tuam
dabo in manu eius & erit quasi pater
habitantibus hierusalem hierusalem
& domui iuda & dabo clavem domus
david super humerum eius & aperiet & non e-
rit qui claudat & claudet & non e-
rit qui aperiat; Et figam illum paxil-
lum in loco fideli & erit in solium glori-

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2317, 3r – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4pbf/3897/41254)